Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Incipiunt Soliloquia siue exhortatio Sancti Anselmi ad secretum contemplationis

Eya nunc homuncio abscon de te modicum a tumultuosis cogitationibus tuis / allice nunc honerosis curis / exclude omnia preter deum et que te iuuet ad querendum eum et clauso hostio quere eum / Eya ergo tu domine deus meus dominator meus / vbi et quomodo te quirit / vbi et quomodo te inueniat / Domine si hic non es vbi te quiram absentem / Si autem vbique es cur non video presentem / sed certe habitas lucem inaccessibilem / et vbi est lux inaccessibilis / aut quomodo attinget ad lucem inaccessibilem / quid faciet seruus tuus amore tui et longe prietus a facie tua / Inuidere te nuptie et nescit domum tuam / quere te affectat / ignorat vultum tuum / tu me fecisti et refecisti et omnia mea bona tu totum fecisti mihi et nondum noui te / Denique ad te videndum factus sum / et nondum feci propter quod factus sum / O miseria status hominis cui hoc perdidit adquo factus est / O durum et durum est cui heu quid perdidit / et quid inuenit / quid abscessit / et quid remansit / perdidit beatitudinem ad quam factus est / et inuenit miseriam propter quam factus non est / abscessit sine quo nihil felix est / et remansit quod per se non nisi miserum est / Manducabat tunc panem homo angelorum per quem nunc esurit / Manducat nunc panem dolorum quem tunc nesciuit / heu pus

litus luctus homini / vbi planctus filiorum ade / Ille tractabat satietate / nos suspiramus esurie / ille inundabat / nos mendicamus / ille feliciter tenebat / et miseri deseruit / nos miseriter egemus et miserabiliter desideramus / et heu vacui remanemus / cur non nos custodiuit tui furtule posset / quo tu gauisus es / graue damnum grauis dolor / graue totum / Sed heu me miserum vnus de alijs miseris filijs eue / elongatis a deo / Quid incepi / quid effecti tendebam in domino et offendi in meipsum / Requiem querebam in secreto meo / et tribulum et dolorem inuenit / inimicis meis volebam ridere a gaudio mentis mee / et tegor rugire a gemitu cordis mei / Sperabam letitia et ecce vnde sentio suspiria / Et o tu domine vsque quo tu domine obliuisceris me in finem vsque quo auertis faciem tuam a nobis sine quo tu male / etiam nos miseri laboremus et conatus meos ad te qui nichil valemus sine te / Inuitas nos adiuua nos domine ne desperem suspirando / sed respirem sperando / Amaritudo est cor meum tua desolatione / indulcora illud tua consolatione / Esurieris incepi quere te / ne desinam reuinis te fame / litus attesti / ne recedam pasto / pauper ad diuite / miser ad misericorde ne recedam vacuus et contemptus / Et si angor corde dum suspiro da mihi quo suspirem